

Sacra Congregatio pro doctrina fidei Nova agendi ratio in doctrinarum examine*

TEXTO BILINGÜE

Sacra Congregatio pro Doctrina Fidei ad normam n. 12 Litterarum Apostolicarum motu proprio datarum, «Integrae servandae», diei 7 Decembris 1965, sequentem «Agendi rationem in doctrinarum examine» statuit et publici iuris facit:

1. Libri aliaque scripta typis edita vel sermones habiti, quorum argumentum ad Sacram Congregationem pro Doctrina Fidei spectat, ad Congressum referuntur, qui Superioribus et Officialibus constat et singulis sabbatis coadunatur. Si opinio examini subiecta clare et certo errorem in fide contineat simulque ex eius divulgatione damnum proximum pro fidelibus immineat vel iam adsit, Congressus statuere potest, ut more extraordinario procedatur, scilicet ut Ordinarius vel Ordinarii quorum interest statim de re certiores fiant et auctor per proprium Ordinarium ad errorem corrigendum invitetur. Habita Ordinarii vel Ordinarium responsione Congregatio Ordinaria ad normam subsequendum art. 16, 17, 18 opportuna consilia inibit.

2. Congressus item statuit num necesse sit scripta quaedam vel sermones habitos accuratius more ordinario pervestigare; quodsi ita visum fuerit, duos peritos ipse designabit, qui vota praeparent, atque simul Relatorem «pro auctore». Congressus etiam decernet, utrum Ordinarium vel Ordinarios, ad quos pertinet,

La Sagrada Congregación para la Doctrina de la Fe, de acuerdo con la norma n.º 12 de las Cartas Apostólicas «integrae servandae» dadas «motu proprio» el día 7 de diciembre de 1965, estatuye y hace público derecho la siguiente «Forma de actuar en el examen de las doctrinas» (Agendi ratio in doctrinarum examine).

1. Los libros y demás publicaciones o conferencias, cuyo contenido corresponde a la competencia de la Sagrada Congregación para la Doctrina de la Fe, son enviados al Congreso, integrado por los superiores y oficiales, que se reúne todos los sábados. Si la opinión sometida a examen es, con toda claridad y seguridad, errónea y al mismo tiempo se prevé que de su divulgación pueda producirse o se produce ya un daño real a los fieles, el Congreso puede decidir que se adopte el procedimiento extraordinario, es decir, que el caso se ponga, de inmediato, en conocimiento del ordinario o de los ordinarios interesados, y el autor, por medio de su ordinario, sea invitado a corregir el error. Obtenida la respuesta del ordinario o de los ordinarios, la congregación ordinaria adoptará las oportunas providencias, de acuerdo con los artículos 16, 17 y 18, que más abajo se especifican.

2. El Congreso decide igualmente si ciertas publicaciones o conferencias deben ser examinadas con

* El 15 de enero de 1971, la S. C. para la doctrina de la fe promulgó el nuevo régimen jurídico para el examen de las doctrinas (AAS 63 (1971), pp. 234-236). Traducción publicada en el Boletín Oficial Eclesiástico del Arzobispado de Toledo, 127 (1971), pp. 79-81.

oporteat statim certiores fieri an post exactam dumtaxat investigationem.

3. Ii, quibus munus commissum est «vota» confiendi, idcirco in authenticum auctoris opus inquirunt, ut videant, num illud cum Divina Revelatione Ecclesiaeque Magisterio congruat; atque iudicium faciunt de traditis illic doctrinis, suadentes, si casus ferat, quae sint agenda.

4. Cardinalis Praefectus, Secretarius et, si hi absunt, Subsecretarius facultate praediti sunt concedendi, si res urgeat, votum alicui e Consultoribus; at Congressus solus peritum «ex commissione speciali» designat.

5. Vota typis excuduntur una cum Relatione Officii, qua omnia indicia continentur ad aestimationem rei propositae utilia et acta priora, eodem pertinentia, recensentur; documenta denique typis imprimuntur idonea ad altius perquirendum argumentum, praesertim considerato contextu theologicò quaestionis, de qua tractatur.

6. Relatio cum votis, de quibus est dictum, Relatori «pro auctore» committitur; eidem praeterea licet omnia inspicere documenta quae apud S. Congregationem de hac re exstant. Relatoris «pro auctore» est: in spiritu veritatis adspectus positivos doctrinae et merita auctoris indicare; ad sensum genuinum opinionum eiusdem auctoris in contextu theologico et generali recte interpretandum cooperare; animadversionibus Relatorum et Consultorum respondere; de influxu opinionum auctoris iudicium exprimere.

7. Eadem Relatio una cum votis aliisque documentis Consultoribus traditur una saltem hebdomada antequam de ea in Consultorum Consilio disceptetur.

8. Discussio in Consilio initium capit ab expositione Relatoris «pro auctore». Post quem quisque Consultor voce vel etiam scripto sententiam profert de iis, quae in textu examinato continentur; deinde Relator «pro auctore» loquendi petere potest facultatem, ut animadversionibus respondeat vel res ipsas clarius explanet; ac demum ex auditorio discedat, dum Consultores sua pronuntiant vota. Quae vota postremo, expleta disceptatione, perleguntur et ab ipsis Consultoribus approbantur.

9. Tota deinde Relatio una cum votis Consultorum, relatione «pro auctore», ac disceptationis summa, distribuitur Congregationi Ordinariae Cardinalium Sacrae Congregationis pro Doctrina Fidei una saltem hebdomada antequam ab illius sodalibus de ea disceptetur; in Congregatione Ordinaria pleno iure partem

mayor atención, según el procedimiento ordinario; si se decide en tal sentido, el mismo Congreso nombrará dos expertos, que preparen los «votos», y el relator «pro auctore». El Congreso establece también si es necesario advertir de inmediato al ordinario o a los ordinarios interesados o bien solamente después de acabado el examen.

3. Los encargados del voto examinen el texto auténtico del autor para ver si está en conformidad con la revelación y el magisterio de la Iglesia y emiten un juicio sobre la doctrina allí contenida, sugiriendo eventuales providencias.

4. El cardenal prefecto, el secretario y, en su ausencia, el subsecretario, tienen la facultad de otorgar, en caso de urgencia, el «voto» a alguno de los consultores, mientras que la designación de un experto «ex commissione speciale» se hace siempre por el Congreso.

5. Los «votos» son impresos junto al informe de oficio, en el cual están contenidas todas las noticias útiles para el juicio del caso propuesto y recogidos los anteriores; finalmente, se imprimen los documentos útiles para profundizar el examen, principalmente en el contexto teológico del problema tratado.

6. El informe, junto con los «votos» arriba mencionados, será entregado al relator «pro auctore». Este tiene el derecho de someter a examen todos los documentos concernientes al caso que se encuentran en la Sagrada Congregación. La función del relator «pro auctore» consiste en mostrar con espíritu de verdad los aspectos positivos de la doctrina y los méritos del autor, en cooperar a la interpretación genuina del pensamiento del autor en el contexto teológico general, en emitir un juicio respecto a la influencia de las opiniones del autor.

7. El mismo informe, con los votos y con los demás documentos, es distribuido a los consultores, al menos una semana antes de ser discutido en consulta.

8. La discusión en consulta se comienza con la exposición del relator «pro auctore». Después de él, todo consultor manifiesta, verbalmente o por escrito, el propio parecer sobre el contenido del texto examinado; por tanto, el relator «pro auctore» puede pedir la palabra para responder a las observaciones o para eventuales aclaraciones. Cuando los consultores formulan sus «votos» el relator sale del aula. Tales «votos» finalmente, al término de la discusión, serán leídos y aprobados por los mismos consultores.

9. Todo el informe con los «votos» de los consultores, con la relación «pro auctore» y con el resumen de la discusión se distribuye después a la congregación ordinaria de los cardenales, al menos una semana antes de que sea discutido por los miembros de la misma; en la congregación ordinaria pueden par-

habere potest unusquisque ex septem Episcopis membris extra Urbem degentibus.

10. Congregationi Ordinariae praeest Cardinalis Praefectus, qui quaestionem ipsam exponit suamque mentem aperit; ceteri ex ordine subsequuntur. Quorum vota a Subsecretario excipiuntur scriptisque mandantur, ut post peractam disceptationem et suffragiorum manifestationem legantur et approbentur.

11. Cardinalis Praefectus aut Secretarius, cum proxime alteruter a Summo Pontifice coram admittitur, Ei has decisiones proponit ad approbandum.

12. Cum in examine nullae deprehenduntur opiniones erratae vel periculosae quo sensu in superiori articulo 3.º definitur, huiusmodi exitus ad notitiam Ordinarii perfertur, si de eiusmodi examine sit antea certior factus. Si contra, in decursu examinis opiniones falsae vel periculosae inveniuntur, id Ordinario auctoris vel Ordinariis, ad quos spectat, nuntiatur.

13. Propositiones enunciatae, quae erratae vel periculosae habitae sunt, ipsi auctori significantur, ut, intra unum mensem utilem, scriptam suam responsionem transmittere possit. Quodsi insuper opus esset colloquio, auctor invitabitur, ut cum viris a Sacra Congregatione deputatis conveniat et conferat.

14. Iidem viri delegati debent saltem summam colloquium habitum perscribere et una cum auctore chartam, in qua id exaratum est, obsignare.

15. Tam responsio scripta auctoris quam summa illa colloquii, si forte habitum est, exhibebuntur Congregationi Ordinariae, ut ipsa rem decernat. Si vero ex illa scripta responsiones auctoris vel ex colloquio habito nova appareant doctrinae capita, quae subtilius perscrutari oporteat, illa responsio vel colloquii summa prius Consultorum Consilio exponuntur.

16. Si autem auctor non responderit aut ad colloquium vocatus non advenerit, Congregatio Ordinaria opportuna consilia inibit.

17. Congregatio Ordinaria etiam decernit, utrum et qua ratione examinis exitus pervulgetur.

18. Decisiones Congregationis Ordinariae approbationi Summi Pontificis submittuntur ac deinde cum Ordinario auctoris communicantur.

Summus Pontifex Paulus VI, in Audientia infrascripto huius Sacrae Congregationis Cardinali Praefecto die 8 Ianuarii 1971 concessa, has Regulas confirmavit, approbavit et publici iuris fieri iussit.

Romae, die 15 Ianuarii 1971.

F. Card. SEPER, Praefectus
P. PHILIPPE, a Secretis

ticipar con pleno derecho los siete obispos miembros que residen fuera de Roma.

10. La congregación ordinaria está presidida por el cardenal prefecto, que presenta el problema y expresa su parecer; siguen los otros por orden. Los pareceres de todos son recogidos por escrito por el subsecretario para ser leídos y aprobados al final de la discusión.

11. El cardenal prefecto o el secretario, en la audiencia semanal que uno de los dos debe tener, somete tales decisiones a la aprobación del Santo Padre.

12. Si durante el examen no se encuentran opiniones erróneas o peligrosas, según los términos del artículo número 2, se da noticia de ello al ordinario, en el caso que haya sido informado previamente del examen. Si, en cambio, durante el examen se encuentran opiniones falsas o peligrosas, se advierte de ello al ordinario del autor o a los ordinarios interesados.

13. Las proposiciones consideradas erróneas o peligrosas son comunicadas al autor, para que pueda presentar su respuesta por escrito, en el plazo de un mes. Después de esto, si se considera necesario un cambio de impresiones, el autor será invitado a una entrevista personal con miembros de la Sagrada Congregación para la Doctrina de la Fe.

14. Estos deben levantar un acta por escrito al menos de una síntesis de la entrevista y firmarla juntamente con el autor.

15. Tanto la respuesta escrita del autor como el resumen del posible coloquio, serán presentados a la congregación ordinaria, para que decida. No obstante, si de la respuesta escrita del autor o del coloquio surgen elementos doctrinales nuevos, que requieran un estudio profundo, dicha respuesta escrita o el resumen del coloquio son presentados con anterioridad a la consulta.

16. En el supuesto de que el autor no envíe su respuesta o no se presente a la entrevista, a pesar de haber sido invitado, la Congregación Ordinaria adoptará las oportunas decisiones.

17. La Congregación Ordinaria decidirá también si debe ser publicado, y bajo qué condiciones, el resultado del examen.

18. Las decisiones de la Congregación Ordinaria son sometidas a la aprobación del Sumo Pontífice y posteriormente comunicadas al ordinario del autor.

Roma, a 15 de enero de 1971.

F. Card. SEPER, Prefecto
P. PHILIPPE, Secretario